



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

13. Quid jurisdictio voluntaria, quid contentiosa? quae harum differentia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

Sed & alia quædam habent interpretes, quæ imperio attribuunt, qualia sunt sequestratio rei litigiosæ: delatio jurisjurandi in litem. *Rectè ne? Non puto*, pertinent enim ad officium pedanei, neque ulla in his mixti imperii particula. *L. 7. §. ult. ff. qui satisdare. cog. L. 5. ff. Fam. excisc.*

13. Est & alia jurisdictio voluntaria; alia contentiosa: illius exemplo suppetunt adoptiones, emancipationes, manumissiones, &c. *L. 2. & 3. de off. Procon.* Huius legitima iudicia, quæ per tres personas, actorem, reum, & Judicem ordinantur. *L. inter stipul. 83. §. 1. ff. de V. O.* Harum specierum differentia est: Contentiosa tribunal exigit & fit cum strepitu. Voluntaria plerumq; de plano expeditur: Sella ubicunq; loco tamen æquo & plano posita. Excipitur alienatio prædiorum minoris, manumissio, quam faciebat minor annis 20. adrogatio impuberis, quæ tribunal desiderant. *arg. tit. ff. & C. de reb. min.*

14. Subjiciunt se jurisdictioni, qui scientes alium, qui jurisdictioni præest, pro alio adeunt. *L. privatorum 3, C. de jurisd: om. jud.* Si per errorem alius pro alio aditus fuerit,